UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Geraldo co[n]fessore. Cap[itulum]. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

rarēt: moxq́ ex eodē loco ſine vlla mora diſce-
derēt. ¶ Defuncti igitur corpus in naui poſue
runt. Cūq́ populoniam tenderent: ⁊ immenſa
nimis pluuia erupiſſet: per totum illud maris
ſpacium quod ab helba inſula vſq́ populoniā
duodecim milibus diſtat: circa vtraq́ nauis la-
tera procelloſa valde pluuia cecidit: ſed in na-
ui eadem: nec minima imbris gutta deſcendit.
Peruenierēſq́ ad locum: corpus ſepulture tra
diderunt: ⁊ epiſcopi precepta ſeruantes: ad na
uem ſub feſtinatione redierunt. Quam mox vt
intrarunt in eodem loco dux crudeliſſimus lon
gobardorū gummarith aduenit. Ex cuius ad-
uentu cerbonium habuiſſe ſpiritum prophetie
claruit: qui illos ſepulto corpore inde diſcede-
re ſub feſtinatione precepit. Quieuit autē vir
ſanctus in domino. vi. idus octobris. Hec gre-
gorius. iij. dialogoꝝ. cap. xi.

¶ De ſancto Paulino epō. Cap. xliiij.

Paulin⁹ epi
ſcop⁹ eboracē.
claruit apud idē
oppidum tēpore
bti gregorij pa-
pe. Cum eīn idem ſanctus do-
ctor auguſtinū epm ad predi-
candum anglorum genti deſti
naſſet: vt dictū eſt ſupra in ge-
ſtis ipſius auguſtini epiſcopi
viij. kalen. iunij. Idem beatus auguſtin⁹ iuſtum
epiſcopū genti nordannialorum conſecrauit. i.
ei nationi anglorum: que ad aquilonem vmbri
fluminis habitabat. Qui iuſtis verbū fidei pre
dicando: eādem gētem cum rege ſuo eduino cō
uertit. Hic etiā iuſtus paulinum epiſcopum or
dinauit: ⁊ ipm ad eboracēſem ciuitatē in fide
confirmandā delegauit. Qui fructū plurimum
pdicationis in eadē ciuitate pfecit: ⁊ clar⁹ ſan-
ctitate in pace quieuit. vi. idus octobris.

¶ De ſctō Geraldo cōfeſſore. Cap. xlv.

Geraldus
cōfeſſor apđ au-
relianū claruit.
Hic vir illuſtris
lemouicenſi ter
ritorio aureliaco pago nat⁹ ē:
a patre geraldo: matre adal-
trude de nobiliſſimis atq́ di-
tiſſimis. Qui dum inſimul ca-
ſte viuerent: nocte quadam di
uinitus in ſomnis admonētur: vt debitum ma-
trimoniale ſoluant: vt prolem mirificā procrea
re valeant: quem geraldum nominare debeant.
Excitatus igitur pater: debitoq́ ſoluto: iterū
obdormiuit: viditq́ ex pollice pedis ei⁹ dextri
vngulam naſcentē que in arborē magnam ſuc-
creſcens: palis ⁊ perticis pregebat: nec tamen
in pede pondus aliquod ſentire videbat. Cūq́
mater filiū adhuc geſtaret in vtero: ⁊ die qua-
dam cum viro eſſet in thalamo: trinam vocē au
diuit infantuli vagientis: ⁊ quaſi iam natiuocē
emittentis. Natus igitur puer ⁊ ablactatus: an
nis puerilibus deo deditus: litteriſq́ diuinis
mirabiliter breui tempore vltra coetaneos eſt
imbutus: iuueniſq́ effectus: armis: vtpote mi-
les nobilis exercitatus: cūctos in acie ſupera
bat. Defunctis autē parentibus: ex facultati-
bus ſuis egenis largiſſime miniſtrabat. Quem
diabolus ſemel viſiōe puelle pulcherrime eius
vaſalli filie graui tētatione pulſauit: ita vt ille
nuncium ad patrem mitteret: ꝙ nocte ſequenti
ad eum accedere vellet. Peccatum tamē timēs
orationem premiſit: ⁊ ſic ad domum puelle ac-
ceſſit: ⁊ a patre ſuſceptus fuit. Cum autem ten
tationem grauem ſentiret: ⁊ ad ignem ſederet:
puella ſibi vltra modū deformis viſa eſt: vt iam
quam viderat eſſe non putaret: niſi pater eius
illam eſſe penitus affirmaſſet. Sicq́ tētatione
ſuperata ſine crimine rediit: ⁊ patrē cum omni
familia libertati donauit: atq́ puellam nuptui
tradidit. ¶ Officiū autē diuinū ac ſi clericus
continue dicebat: ⁊ miſſam quotidie audiebat.
Cum autē die quadam agendis curie intētus:
miſſam audire non poſſet: loco miſſe pſalteriū
totum legit. Et extunc in conſuetudine duxit:
vt quotidie totum pſalteriū decantaret. ¶ De-
mum relicto ſeculo monaſteriū in proprio ſolo
in aureliaco conſtruxit: quod de ſuis facultati-
bus large dotauit: in quo ſe monachum fecit: ⁊
multa vite ſanctitate ⁊ abſtinentia claruit: pol-
lenſq́ virtutibus: feliciter ad chriſtum migra-
uit ſexto idus octobris. Sepultuſq́ eſt in ipſo
monaſterio miraculis clarus.

¶ De ſanctis Caſſio ⁊ Florentio ⁊
ſocijs martyribus. Cap. xlvi.

Caſſi⁹ et flo-
rentius martyres
cum ſocijs ſeptē
paſſi ſunt ſub ma-
ximiano imperatore apud be
ronam vrbem galliarum circa
rhenum fluuium. Cum enim
idē imperator de mauritania
aphrice: ⁊ de finitimis regio-
nibus propter gallorum fre-
quentes tumultus militum multitudinem de-
uocaſſet. Inter alios elegit milites. ccclx. ad
ſui cuſtodiam deputatos: quos vna ſecum cum
ſacra legione thebeorum in galliam adduxit.
Poſtq̄ autē legionem predictam occidit chri-
ſtum dominū confitentes: prefati milites tre-
centūſexaginta chriſtianiſſimi ab eodem impe
ratore diſcedentes per diuerſa loca fugerunt:
quorum precipui erant caſſius: florentius: ge-
ron: maloſus: et victor. Qui vna cū eorū ſocijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN